

40.
EXERCITATIO
CANONICO-CIVILIS

DE
USUFRUCTU

*Ad Caput VII. § de Pignor. & al. caut.
& concordantia Juris utriusque loca:*

QUAM

S. HENRICO

Imperatori verè Pio, felici, inclyto, Victori,
ac Triumphatori semper Augusto; Terrestris cælestisque
gloriæ Coronis Serenissimo Principi:

PATRONO, ac PROTECTORI SUO CLEMENTISSIMO,
ET ÆTERNUM COLENDO

SACRAM

SUB PRÆSIDIO

*Plurimum Reverèndi, Eximii, Prenobilis, Clarissimi,
Consultissimi, Amplissimiq; Domini*

D. JOANNIS HEIS,

*Ss. Theol. Jurium, ac Phil. Magistri & Doctoris, Insignis Collegiæ ad
SIMEONEM Canonici Capitulatis, Eminent. & Reverendissimi D. Archi-
Episcopi, ac Principis Electoris Trevirensis Consilarii Ecclesiastici, Ss. Canonum
in eadem Alma Universitate Professoris publici, nec non ejusdem bene memo-
ratæ Universitatis pro tempore Vice-Rectoris Magnifici*

Exponebat Academica Disputationi

D. GEORGIUS HENRICUS HARTMAN

Limburgensis, Jurium Candidatus

In Florentissimo Auditorio Juridico

ANNO M. DCC. XXXII. Mense Septembri die 18.

Augusta Treviror. Typis JACOBI REULANDT. Aul. & Univ. Typ.

EXERCITATIO
CANONICO-CIVILIS

DE
USURU

Ad Caput VII. de Usur. Et al. can.
& concordant. & juris viri quos loco.

S. HENRICO

Imperatoris vete. Pio. scilicet. inclito. Victori
Imperatoris semper Augusti. L. archid. ca. ca. quos
glor. Conon. scilicet. Præcipi.

PATRONO, ac PROTECTORI SVO ELEMEN-
TARISSIMO,
ET ATERNUM COLENDO

SUB PRÆSIDI

D. JOHANNIS HEIS

GEORGII HENRICUS HARTMAN

ANNO M. DC. XXXII. Mens. Septemb. die.

EXERCITATIO CANONICO-CIVILIS

DE USUFRUCTU.

§. I.

Us in re, beneficio cuius eâ non solùm ad necessitatem uti, sed etiam ad utilitatem, hoi. estâmq; voluptatem frui licet, Dominio sæpè itâ adhæret, ut Paulus Juris-Consultus in *L. 4 ff. de Usufr. & quemadm bene dixerit usufructum in multis causis Domini partem esse*. Nam & usufructus appellatione venire proprietatem ex verosimili mente præcedentium, & subsequantium notavit post Castrensem, Parisium, Tuscum Barbosa *de appell. verb. Juris signif. appell. 277.* Quod si res, in qua Jus eadem utendi, fruendique fundatur, non propria, sed aliena est respectu utentis ac fruentis; plerisque hætenus placui, usufructum nequidem ad Dominium utile reduci posse propter *L. 5 in pr ff si usufr. pet. & L. 25. in pr. de V. S L. 1 §. fin ff de O. N. N. L. un. §. 4. ff. de Remis.* proindèque non esse partem alicujus Domini nisi similitudinariâ quadam & impropriâ ratione, quod istiusmodi usufructus, licet vera species servitutis, multos effectus, quoad facultatem percipiendi fructus, communes cum Dominio, præsertim, utili habeat. Schmier *in tr. de jure propr. cap. 4 sect. 2 §. 1 n. 93.* In eo usufructu minus Jus consistere, quàm in Dominio utili eleganter demonstravit Stryckius *in usu mod. ff ad tit. de usufr. §. 3. ex doctrina Legis 13. §. 7. ff. d. t. L. 44. & 61 eod. tit.* utile siquidem Dominium importat facultatem de utilitate rei Dominio alterius directo subjæctæ perfectè disponendi, eamque vindicandi, in quantum salvo isthoc Dominio fieri potest: qualis facultas usufructui non inest. Rigorem tamen allegatæ *Legis 44. ff. de us. f.* juxta quem Jus utendi re alienâ ex usufructu veniens ita restrictum est ad statum præsentem rei, ut usufructuarius nec meliorem Domini causam facere possit, praxis non multum attendit; sicut nec decisionem *Legis 15. §. fin. ff. eod. tit.* in qua Ulpianus asseruit, proprietatis Dominum nequidem consenti-

ente

(o)

ente usufructuario Servitutem aliquam eidem rei imponere posse. Nisi hanc legem posteriorem cum Pinello ad L. 1. C. de bon. mat. in Comment. p. 2 n. 74 v. cogitabam enim. sic interpretandam quis judicet, ut sensus sit: proprietarium non posse servitutem constituere non consentiente fructuario, præterquam in casu, quo per eam nullum incommodum fructuario afferatur: utpote quod juxta text. in L. fin. ff. de usu & hab. saltem evitatur, ubi consensus fructuarii adest.

§. I I.

Servitutem usufructus aliquando usufructuarius nanciscitur ab ipsa lege, quam speciem usufructum legalem appellant Doctores. Exempli talis usufructus occurrunt in §. 1. & 2. Inst. per quas person. cuiq. acq. in Lege 6. §. 3. C. de bon. qua lib. in Nov. 22. cap. 46. §. 2. & Auth. ex testam. C. de secund. nupt. in L. 2. & 5. C. d. t. de sec. nupt. de quibus Consuli possunt Lauterbach ad tit. ff. de usufr. §. v. 1. Ayblinger ad emid. tit. n. 16. & alii. Ad istam usufructus speciem utiliter adducitur usufructus, quem diversa locorum statuta concedunt superstiti Conjugi in bonis Mariti, vel Uxoris decedentis; vel consuetudo introduxit: Consuetudo enim vim legis & imitatur, & habet §. 11. Inst. de J. N. G. & C. L. 32. ff. de L. S. C. & longa consuet. Statuta etiam illa, præsertim quæ Juris communis rationem non tollunt, sed adjuvant vel extendunt, sive suppleant, legalis dispositionis effectum operantur. Plerumque præter legem alius est, qui constituit usufructum. Sic namque ex L. 6. §. 1. ff. de usufr. L. 16. §. 1. ff. fam. ereisc. L. 6. §. 10. ff. com. divid. §. 4. & 5. J. de offic. jud. pervulgatum est, Judicem, si res communis nullam, aut difficilem admittat divisionem, suam Sententiâ in Judiciis divisoriiis uni usufructum ponere, & alteri proprietatem adjudicare posse.

§. I I I.

Quemadmodum verò per Legem, aut Statutum Superiores Legislatores: perque Sententiâ Judices usufructum constituunt, ita per privatam, eamque vel expressam, vel tacitam dispositionem inducunt Domini. Lauterbach cit. tit. §. 20. Illud circa hanc Domini considerationem notabile est, quod is, qui usufructum constituit Dominus, liberam rerum administrationem habere debere, instar Regule prætenditur. Hinc, dum disputatur: possitne Prælati Ecclesiastici rem immobilem

mobilem sine solennitatibus ad alienationem requisitis in usufructum concedere? opinio negativa prævalet: nam sicuti ex *Lege ult. Cod. de reb. al. non alien.* innouit concessionem usufructus redolere alienationem, ita ex *Cap. 5. de reb. Eccles. non alien. junctâ extravagante: Ambitiosa. d. l. inter com.* clarum est alienationem generaliter esse inhibitam. Videatur *Schmier alleg. 11. & cap. sect. 2. § 3 à n. 110.* Similiter, dum contentur: an, qui Dominium, non plenum ac directum, sed utile duntaxat, & hoc verè, aut putativè habent, usufructum constituere valeant in re à se possessâ? obrinuit de rigore Juris Civilis negativa resolutio, scilicet quia sive Vasallus, sive emphyteuta, sive denique bonæ fidei Possessor ve- lit examinari, usufructuario ad hujus vitam nil stabilis Juris addicere possunt. Quanquam receptum in praxi est ex æquitatis motu, ut saltem usque ad tempus, quo Jus Vasallaticum, aut emphyteutarium bonæ fides subsistit usufructus à Vasallo, aut Emphyteuta, vel bonæ fidei possessore constitutus perseveret de Jure Prætorio: idque ob text. in *Leg. 1 ff. quib. mod. ususf. amitt. L. 9. § 1. ususf. quemadm. cav. cap. 2. §. rei autem. Feudor. Libro 11. Junctâ Lege 11. §. 1. ff. de public. in rem actione, & L. 1. C. de fund. Patrim. Stryck. cit. l. §. 5. Schmier alleg. § 2. à num. 101. Lauterbach § 20 & 21.* Resoluto enim Jure dantis, resolvi Jus recipientis talis usufructuarii convenit ex principio fundato in *L. 31 ff. de pignor. & hypoth. & nemo plus Juris in alterum transferre potest, quàm ipse aut verè, aut æquivalenter habet.* Unde ulterius intelligi potest, ab eo, qui Dominium rei adeptus est, sed revocabile, hærede, puta, fideicommissò conditionali gravato usufructum non alium, quàm purificatâ conditione cessaturum, constitui posse.

§. I V.

NEque Doctissimus Gonzalez in *Cap. 6. de donat. inter Vir. & Uxor.* cum ex allegati Capituli textu, cui quadantenus prælofit Canon secundus *C. 10. q. 2.* inferret usufructum in dotem, vel donationem propter Nuptias datum finiri morte dantis, nec amplius apud accipientem remanere, aliis pro sua illatione motivis usus est quàm paulo ante propositis: ut patet ex lectura laudati Doctoris *n. 17. in cit. cap. 6.* Porro Maritum in fundo dotali usufructum non posse constituere regulariter, bene probat *Ayblinger ex L. 5 ff. de fundo dotal. & favet ratio, quod Dominium* merè?

❁ (o) ❁

dictum est, utique de illis intelligimus, quæ bonorum, juriumque temporalium capacia sunt. Sicut enim voto paupertatis non regnât, si Religiosus Monasterii jurium bonorumque temporalium capacis acceptat usufructum oblatum non sibi, sed Monasterio applicandum; ita verum manet, Religiosos in Monasterio incapaci bonorum, juriumque temporalium usufructum acquirere non posse, quæ is, ut bene notat Ayblinger *sepe cit. loc. n. 40.* neque in persona eorum particulari neque in Monasterio subsistere potest. Unde si PP. Franciscanis, aut Capucinis usufructus relictus fuerit, eum ipsi acquirere nequeunt.

§. V I I.

Objectum usufructus res sunt, in quibus constituitur, tam corporales quam incorporales: tam Mobiles, quam Immobiles, quarum usus aut exercitium haberi poterit salva manente substantia: nam res, quæ ipso usu consumuntur, neque naturali, neque Civili ratione verum ac proprium usufructum recipiunt Textus in §. 2. *Inst. de usufr.* ibiq; D. Susevind. præter alios interpretes. Dum autem de vii rei loquimur, potissimum venit in considerationem res, quæ naturaliter ex suo corpore, vel civiliter sui contemplatione & applicatione commodum producere potest conducibile ad augmentum Patrimonii. Neque tamen negatur, ad aliquam usufructus speciem constituendam sufficere, si res talis sit, ut bonum ex ea proveniens quoquo modo satisfaciât honestæ usufructuarii voluptati: quia scilicet utilitas usufructus non necessarîo in locupletatione usufructuarii consistit, sed in quovis redivo, etiamsi solam delectationem contineat. Et sub usufructus verbo comprehendimus non illum, dumtaxat, qui per actum inter vivos constitutus est: sed illum insuper, qui actu ultimæ voluntatis inducitur. Quoad usufructum posterioris generis non est dubium, quin omnium usque adeo bonorum addici valeat exceptio casu explicato in *Novella 18. c. 3* aliòve non dissimili, in quo lex, dum nudam proprietatem legitimæ portionis loco assignare vetat, aliis personis extraneis usufructum universalem constitui non patitur. Quin imò *de usufr. §. 7.* ex Antonio Thesaurò, in praxi recepta habet, quod relicto usufructu omnium bonorum, debeat Legatario etiam usufructus eorum bonorum, quæ factum legatum, & conditum Testamentum Testatori

annotare quod, si uni fundus, eidemque e jusdem fundi ususfructus legatus esset, foret quidem in potestate ejus fundum, an ususfructum vindicare malit? consultius tamen ageret eligendo fundum simpliciter: nam si fundum elegerit, necessario plenam proprietatem, id est Dominium, in eoque Solido tam fundo utendi, fruendique facultatem, habebit, licet ususfructum à se repulerit. Si vero ususfructum habere maluerit, & proprietatem fundi repulerit, solum ususfructum habebit. Notabilem quoque doctrinam in *Lege 9 ff. d. t. de usu, usus* proponit Modestinus, dum inquit: *Si alii fundum, alii ususfructum fundi testator legaverit: Si ex proposito fecit, ut alter nudam proprietatem haberet, errore labitur. Nam detracto usufructu proprietatem eum legare oportet. Quod, nisi fecerit, usufructus inter eos communicabitur.* Ceterum de ususfructus legato, & illud animadvertendum, quod si Titio fundus simpliciter, postea Cajo ejusdem fundi ususfructus legatus sit, isti duo Legatarii ita in usufructu occurrant ut Titius solam proprietatem cum dimidia parte usufructus habeat, Cajo autem solummodo alteram dimidietatem usufructus. Arg. *L. 6. ff. de usus. ear. rer. qua usu cons.*

§. VI.

Servitutum ususfructus potest omnis recipere, qui Dominii, juriūque temporalium capax est. Ayblinger *alleg. loc. n. 40.* non tantum per se, sed & per alias personas, quas Juri suo subjectos habet. Zoelsius *ad tit. de usus. & quemad. n. 8.* per textum in *Lege 6. §. 2. ff. d. t. de usufr.* Neque distinguendum est, an personæ acquirere, ac recipere volentes, sint veræ: an fictæ? dudum enim obtinuit Collegia & Civitates ususfructum recipere posse *L. 8 ff. de usu & usus. L. 56. ff. de usus. & c.* quanquam ex legibus mox citatis ad mentem Caji Juris-Consulti non contemnenda resolutio quoad ususfructum fictis illis personis semel constitutum porro etiam observari cupiat, ut ultra annos centum, quia is finis homini longævi est. *cit. L. 56 & vitæ longissimus est. alleg. L. 8. incolæ, aut Collegæ in eo usufructu tuendi sint.* Hæc ipsa resolutio merito applicatur usufructui Monasteriis, & Sacrosanctis Ecclesiis relicto: propter Constitutionem favorabilem Imperatoris in *L. 23. C. de Sacros. Eccles.* Actiones enim ad vindicanda similia jura competentes non aliter finiri concessit, nisi centum annorum curricula excefferint. Sed, quod de Monasteriis di-

per & Lex 5. §. 1. ff. eod. tit. utpote, ex qua ulterius animadvertitur, non solum adversus Dominum Rei usufructuaria competere istam in rem actionem, sed etiam adversus quemvis Possessorem; ita quidem, ut in ista actione etiam fructus venire, plus, quam manifestum sit. d. l. 5. §. 3. Recteque observat Lauterbach. ad tit. ff. de usufr. & quemad. §. 29. quod usufructuarius Jus ipsum, quod in re habet, civiliter animo scilicet Domini, tanquam Jus suum proprium possidere possit; Cum aliàs rem ipsam usufructuariam, in qua, veluti alienam Servitutem sibi asserit, non nisi naturaliter abque Domini cogitatione in ordine ad consequendam exinde utilitatem possideat L. 12. ff. de A. & A. P. L. 49. ff. S. t. L. 3. §. 13 ff. de vi, & vi ar. L. 4 ff. uti possi. L. 21 ff. quemad. servit. am. Quod si usufructuarium respectivè ad rem usufructuariam quis consideret; Videbit commodum præcipuum exinde redundare in ipsum, quod nisi aliter statutum fuerit, gaudeat potestate omnes fructus percipiendi, id est, actum ponendi, ex quo dignoscatur fructus apprehendere velle animo eos sibi habendi L. 12. §. fin ff. de usufr. L. 13. ff. quib. mod. usus amitt. illum tamen actum, seu factum usufructuarii Ayblinger cit. loc. de usufr. n. 49. arbitratur maxime exigi, si fructus ejus indolis sint, ut ab homine possint commodè percipi, ut sunt fructus in arboribus aut fundo nati, quorum collectio requiritur, ut sola vi ventorum facta à corpore separatio non sufficiat. Aliud videtur dicendum de fructibus, quorum natura sibi separationem reservat, ut sine ejusdem naturæ operatione homo vix commodè percipere valeat: quos inter sunt animalium foetus; atque hi, postquam ab animali separati sunt, sine speciali actu perceptionis fiunt statim usufructuarii.

X.

DUM verò non vacat prolixius persequi singula commoda particularia, notamus hic ex L. 7. §. 13 ff. soluto Matrim. quod usufructuarius licet dicatur ob textus in L. 7. §. 1 ff. de usufr. l. 9. §. 2. 4 & 5. ff. d. t. l. 10. & seq. l. 12. ac l. 15. ff. eod. posse percipere fructus & Naturales, & Civiles; non tamen Thesaurum, si quis inveniatur in fundo fructuario, sibi acquirat, quia fructibus fundi annumerari non solet. Commodis paulò ante subindicatis sunt sua quoque annexa onera: hinc usufructuarius in favorem proprietarii cavet c. 7. & de pign. L. 1. pr. ff. usufr. quemad. cav. damn. sui, suorumve latam & levi culpam illatam rei re arcit. d. l. 1. §. 3 tributa vectigalia collectas & onera realia ordinaria, & extraordinaria præstare debet. l. 7. §. 2. Jun. & Lege 27. §. 3. ff. de usufr. & lege 7. ff. de public. & vectig. nisi ut addit Lauterbach. ad sepe cit. tit. ff. de usufr. §. ult. quantitatem fructuum per-

tori advenerunt. Quod si hic quaestio moveri vellet: an, si unus extraneus, ac voluntarius omnium bonorum haeres institutus esset, alteri vero omnium eorundem bonorum usufructus relictus; eo in casu haeres pro dimidia parte in usufructu concurrat? putamus decisionem allegatae supra Legis 19. tit. ff. de usu & usuf. huc non pertinere. Videtur post Card. Mantecam de Conject. uli. volunt. lib. 9. tit. 6. n. 7. S. ryck. in usu Moderno ff. ad eund. tit. ff. de usu & usuf. §. 2. ubi eam legem apud Germanos vix aliquem usum habere contendit.

V I I I.

Usufructus prioris generis, qui aliquâ conventionem inter vivos statuitur, subinde pro parte rei divisa, & separatâ: subinde pro parte indivisa comperit. L. 6. §. 1. ff. com. prad. L. 5. pr. ff. de usuf. & quemad. Neque infrequens est, ut usufructus alicujus Universitatis bonorum, Castri, aut Territorii, concedatur, sed in ordine ad congruam exinde sustentationem consequendam. Cujus doctrinae occasione placuit figurari aliquando Casum, & in eo excitare dubium: Num persona illo restricto usufructu provisa posset in vim sui Juris usufructuarii exercere Jus Patronatus Castro usufructuario annexum? Et Severus Cent. 3. promps. select. Cas. casu 5. pag. 54. rectè judicavit non posse, quia ubicunque fructus deputantur ad alicujus sustentationem, appellatione fructus non venit actus praesentationis, cum ex tali actu Canonicè gesto nulla percipiatur commoditas aestimabilis. Aliter utique judicandum foret, si usufructus ab solutus, praesertim omnium bonorum, concessus supponeretur: damus enim cum D. de Louvretz de orig. elect. off. & jurib. Praepos. & Decanor. diss. 25. n. 25. Usufructuarium Jus Patronatus posse exercere si plenum, & absolute de fructibus disponendi Jus habeat; & Jus Patronatus in usufructuarium Universitatis bonorum transire concludimus cum Barbosa Jur. Eccles. Univ. lib. 3. cap. 12. n. 232. adeo, ut hujus notae usufructuarium, si cum proprietario concurreret, in exercitio Juris praesentandi praerendum existimemus.

I X.

Sunt effectus usufructus valde & multi, & varii. Sic enim, si usufructuarium contemplerur quis ratione ipsius Juris, quod est ipse usufructus, habet ille, quia hujus Juris Dominus est, Barbosa de appell. verb. signif. appell. 8. n. 4. ex Dominio isthoc natam actionem Contestatoriam, quâ idem Jus suum vindicare sibi potest. Videatur Lex 1. pr. ff. si usufructuar.

B

per.

partem proprietario rei cedat. Sed ista de vero usufructu dicta sunt. De quasi usufructu unicum hic dubium addimus: an, dum venatus utilitatis causa censuit earum rerum, quæ ipso usu consumuntur, usufructum ita constitui posse, ut tamen eo nomine hæredi utiliter caveatur §. 2. *inst. de usufr.* proindeque constat huiusmodi usufructum actu ultimæ voluntatis fieri: is etiam usufructus actu inter vivos constitui valeat? Nos contra Hoppium *add. tit. §. 2. §. quasi usufructum*, cuius opinionem D. Sulewind *ad eund. §. 2. sine speciali novâ ratione probabiliorem scripsit*, contra Lauterbach *ad allee, tit. ff. de usufr. ear. rer. §. 4.* aliisque adhaeremus sententiæ neganti, præsertim si de usufructu pecuniæ agitur. Vix enim est, ut eiusmodi constitutio admittatur, quia nihil aliud celebraretur, quam mutuum quoddam. Gonzalez *ad Cap. 7. de Pignor. n. 5.* Wesenbecius *ad tit. ff. de usufr. ear. rer. n. ult.* aliique plures. Differentias verd, quas inter mutuum, & istiusmodi usufructus constitutionem adversarii posuerunt, quoad magnam partem eliminavit Stryckius *ad eund. tit. ff. de usufr. ear. rer. §. 5.* quæ que idem Stryckius excogitavit tollit accurata reflexio, quod mutuum in genere consideratum non exigit quidem cautionem, neque velit sortem iis modis, quibus usufructum supra finiri diximus, duntaxat revocationi, aut recuperationi esse obnoxia: in specie tamen non respuat cautionem, & permittat sortem ita tradi, ut ante mortem mutuatarii, mutuanti fas non sit revocare. Atque hanc Sententiæ si maximè qui usuras simpliciter illicitas esse de Jure saltem positivo contendunt, admittere deberent: quia facilis demonstrat, quomodo Jus utendi pecuniâ concessum actu ultimæ sit, aut esse possit pretio æstimabile: non verd Jus utendi datum actu inter vivos: ut latius expeditum est in Disputatione Canonica *de usurar. Natura & prohibitione.* habitâ hic Treviris Anno 1714. *part. 2. §. 4.*

CARMEN GRATULATORIUM.

*Quando tuum nomen video, non nominis omen,
Vero totus ego dissona puncta lego.
Nomine VIR DURUS, titularis sicuti murus,
Cum genio suavis sis, locuplèsque favis.
Erro: VIR es DURUS contra hostes sicuti murus
Stas, solvis nodos, difficilèsque modos.
Tot contra Martes, quas nôsti juris ob artes,
Undique Victor ovas, docta Trophæa novas.
Hinc quadrat Agnomen, melius quoque Nobile Nomen
* HENRICI aptatur floridiusque datur:
Nam RUS es juris! spatium seu fertile ruris
Fructus ubi leges! Glossa Canonique seges!
Perge Autumnali defendere tempore tali
Rebore, sic veris tempore Doctor eris.
nos VersVs ratlone aMiCtla eX CorDe tibi posVIt
J. A. de FABRITIUS.*

* Henricus perannagt. en hic rus.

perceptorum excedant: eò, quod excessus à proprietario compensari debeat.

§. X I.

Quibus modis ususfructus amittatur, explicat Imperator in § 3. *Inst. de usuf. l. penult. C. eod.* sed isti modi plerique convincunt, quod ususfructus sit Jus quoddam personale, sive certæ personæ ita competens, ut ab hac in aliam, etiam hæredem, non exigat transire; præsertim si in ipsa constitutione non sit facta hæredis mentio. Quin etiam, si expressè in ipsa constitutione facta mentio hæredum esset Titii, ususfructus Titii, & qui ab eo diversus concipiendus est ususfructus primorum duntaxat ejus hæredum, retinet rationem Juris Personalis, quod ex voluntate constituentis, adeoque Jure quodam substitutionis, non ex vi hæreditariæ successione, aut Jure transmissionis primùm in Titio, dein in hæredibus spectatur. Videantur Lauterbach *ad tit. ff. quib. mod. usuf. §. 2.* Hoppius *ad § 3. Inst. de usuf. & Morte usufructuarii.* Atque ex isto principio, quod ususfructus est Jus personale, hoc quoque nascitur, quod cedi alii, cui cohareat, quàm Domino proprietatis, non possit. Tuldenu *in Com. Inst. de usuf. cap. 8. pr.* Alicubi quidem (verba sunt ejusdem Tuldenu) relatum est, quod ususfructus vendi, & locari, & oppignorari potest. Sed intelligendum tantum est de commoditate fruendi. Neque juxta Menochium *de præsumpt. lib. 6. præs. 4. n. 15.* in dubio usufructuarius, si usumfructum vendat, plus, quàm hanc commoditatem alienare voluisse præsumitur reservato Jure, unde commoditas manat. Quâ ratione etiam obrinuit, ut debitori qui omnia bona sua, proindeque juxta *Legem § ff. de reb. auth. jud.* usumfructum obligavit creditori, liceat, ut hic citius consequatur suum, vendere commoditatem illam.

§. X I I.

Quæret hoc loco fortasse aliquis: An usufructuario ingrediente Religionem ususfructus extinguatur? Diversas, circa hoc postulatum Sententias referunt Zoësius *ad tit. ff. de usu & usuf. leg. n. 4.* Engel *ad tit. Decretal. de Regul. & trans. ad relig. n. 41.* & alii. Videtur nobis Summo Jure affirmativè Respondendum esse, quod Jus ipsum personale usufructuarii, utpote rationem Domini temporalis habens, cum Voto solenni Paupertatis stare nequeat in persona Professi, proindeque nec communicationem, qualem Ayblinger *ad tit. ff. quib. mod. usuf. n. 12.* asserit, admittat: & Monasterium non sit subjectum, in quo legans, aut alio modo constituens usumfructum, hunc residere voluit. Sententiam tamen negativam, juxta quam aliquoties se respondisse Tuldenu *loc. cit. cap. 6.* meminit, in tantum velut æquiores commendamus ad praxin, ut Argumento eorum, quæ deducitur Engel *alleg. tit. n. 42. & 43.* suadeamus transactionem, quâ ususfructus commoditas quoad partem Monasterio capaci ad vitam Professi: quoad alteram

partem proprietario rei cedit. Sed ista de vero usufructu dicta sint. De quasi usufructu unicum hic dubium addimus: an dum senatus utilitatis causa censuit earum rerum, quæ ipso usu consumuntur, usufructum ita constitui posse, ut tamen eo nomine hæredi utiliter caveatur §. 2. *inst. de usuf.* proindeque constat. huiusmodi usufructum actu ultimæ voluntatis fieri: is etiam usufructus actu inter vivos constitui valeat? Nos contra Hoppium *ad dell. §. 2. v. quasi usufructum*, cuius opinionem D. Sulewind *ad eund. §. 2. sine speciali novâ ratione* probabiliorém scripsit, contra Lauterbach *ad alleg. tit. ff. de usuf. ear. rer. §. 4.* aliòsque adhaeremus sententiæ neganti, præsertim si de usufructu pecuniæ agitur. Vix enim est, ut eiusmodi constitutio admittatur, quia nihil aliud celebraretur, quàm mutuum quoddam. Gonzalez *ad Cap. 7. de Pignor. n. 5.* Welenbecius *ad tit. ff. de usuf. ear. rer. n. ult.* aliique plures. Differentias verò, quas inter mutuum, & istiusmodi usufructus constitutionem adversarii posuerunt, quoad magnam partem eliminavit Stryckius *ad eund. tit. ff. de usuf. ear. rer. §. 5.* quæ que idem Stryckius excogitavit tollit accurata reflexio, quod mutuum in genere consideratum non exigat quidem cautionem, neque velit sortem iis modis, quibus usufructum supra finiri diximus, duntaxat revocationi, aut recuperationi esse obnoxia, in specie tamen non respuat cautionem, & permittat sortem ita tradi, ut ante mortem mutuatarii, mutuanti fas non sit revocare. Atque hanc Sententiã si maximè, qui usuras simpliciter illicitas esse de Jure saltem positivo contendunt, admittere debent: quia facilis demonstrat, quomodo Jus utendi pecuniâ concessum actu ultimæ sit, aut esse possit pretio ætiamabile: non verò Jus utendi datum actu inter vivos:

ut latius expeditum est in Disputatione Canonica *de usurar. Natura & prohibitione.* habitâ hic Treviris Anno 1714. parte 2. §. 4.

CARMEN GRATULATORIUM.

Quando tuum nomen video, non nominis omen,

Vero totus ego dissona puncta lego.

Nomine VIR DURUS, titularis sicuti murus,

Cum genio suavis sis, locuplèsque favis.

Erro: VIR es DURUS contra hostes sicuti murus

Stas, solvis nodos, difficilèsque modos.

Tot contra Martes, quas nôsti juris ob artes,

Undique Victor ovas, docta Trophæa novas.

Hinc quadrat Agnomen, meliùs quoque Nobile Nomen

** HENRICI aptatur floridiùsque datur:*

Nam RUS es juris! spatium seu fertile ruris

Fructus ubi leges! Glossa Canonque seges!

Perge Autumnali defendere tempore tali

Robore, sic veris tempore Doctor eris.

nos VersVs ratlone aMiCtla eX CorDe tibi posVIt

J. A. de FABRITIUS.

** Henricus per anag: en hic rus*